

1751, 5
32
47
COLLEGII JURIDICI
ALMÆ AC PERANTIQUÆ VNIVERSITATIS
ERFORDIENSIS

DECANVS
JOH. CHRISTOPHORVS
SPITZ, JCTVS

PRÆLAVDATI COLLEGII JURIDICI NEC NON IVDICII ELECTORALIS PROVIN-
CIALIS ASSESSOR AC PROFESSOR PVBLICVS ET CIVITATIS ERFOR-
DIENSIS CONSVL,

AD
LECTIONEM CVRSORIAM

IN
L. Admonendi sumus 31. ff. de iurejurand.

ET
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
DE EO QVOD IVSTVM EST

CIRCA
VASALLVM PRÆDIVM FEVDALE
ALIENANTEM

A
PRÆNOBILI AC CLARISSIMO JURIVM CANDIDATO
FRIDERICO GODEFRIDO GERHARDI

D. XIX. FEBR. A. MDCCLL.
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI

HABENDAS
DECENTER INVITAT.

ERFORDIAE,
Typis JO. CHRISTOPH. HERINGII, ACAD. TYPOGR.

quædam de iuramentis.

47

COLLEGIUM IURIDICUM

UNIVERSITATIS ERANOVENSIS
ERANOVENSIS

DECANVS

JOH. CHRISTOPHORVS

SPITZ, ICVS

RELEVANTI CONSTITUTIONE
DIGNI ASSessor AC IN

LECTIOnEM CARBORIAM

L. Abbecece f... de ...

DISSERTATIONE IURIS CARBORIAM

DE EO QVOD IUSTVM EST

CIRCA

VASALLVM TRIBVVM FEVDALIS

ALLEMANIVM

FRONHILL AD CLAVSVM ...

THEODORICO GODFRIDO GERNARDI

D. XII. FEBR. A. MDCLXXII.

IN AVDItorio Istoriam AMOZI

HABITVS

DECENTER INVITAT

ERANOVENSIS

Typis JO. CHRISTOPH. HERRING, ACAD. TYPOG.

quodam de ...





liber qui in ... xlv ...



d conservandum mortalium genus, societatemque humanam, nil aptius, nil commodius, nil tutius esse, quam Religionis vinculum, experientia rerum docet; omni itaque Magistratui laborandum strenue, ut illi, qui in Republica vivere

intendunt, religionem ibidem receptam amplectantur, homines enim nulli Religioni addicti vitam pecorum more transigunt, & hoc non solum si statum animæ illorum perpendamus, sed etiam quoad vitam eorum civilem hoc deprehenditur; qualis enim fiducia, qualis promissionum vis, qualis societas naturalis in homine nulli Religioni addicto quærenda erit? nemo certò vitam sibi tranquillam persuadere poterit; imo omnia momenta non solum iacturam bonorum, sed quoque interitum minitari continget. Fidem itaque servare infallibile existit naturalis religionis vinculum & in hoc totum jus naturæ superestructum. Egrege igitur de Majoribus nostris fortibus ac virilibus Germanis dicitur, quod apud ipsos plus boni mores valuerint, quam multæ & innumeræ leges, vid. TACTIVS de moribus germ. bonis verò moribus ipsorum præcipue hoc fuit adscriptum, quod fidem fallere fuerint nescii. Hinc laudanda veterum germanorum fides, cujus vestigia ad nostra appulère tempora, & exemplum ejus exhibent pacta nuda, ad quæ se obligatos profitebantur, nec, ut stipulationum formulis corroborarentur, desiderabant, sed in cujuslibet posse

jurare

) 2



jurare verba statuebant; verum si jamjam Germania nostra sit peruestiganda in quoniam excellenti gradu prisca fides remanserit, profectò vix umbram superesse ambabus concedendum erit; tantæ enim modo invaluere nequitiæ, tantæ fraudes atque fallaciæ, ut omnia ad extrema rerum cacumina depulsa esse putandum, atque in illis, qui inter christianos degunt, vix quid Christiani inveniri detur, cujus veritas ex eo solo patet, quod in plerisque, ut promissis stetur, ad juramentum tanquam efficacissimum ad multis fraudibus obviandum & ad innumeros dolos coercendos inventum remedium sit deveniendum, quod evitari posset, si antiqua germana hæc adhuc superviveret; jusjurandum vero uti GROC. *de jure B. & P. l. 2. c. 13.* statuit esse magnæ authoritatis, atque etiam tam veteri, quam novo Testamento exigente justa causa ac necessitate esse licitum, non dubitandum, cum prohibitiones in dictis sacris paginis statutz, tantummodo de sermone quotidiano ac vulgari loquantur, ideoque etiam cum statuentibus, quod ejusmodi juramentum à Christiano exigere nefas sit, non sentiendum, cum de infucata inter Christianos charitate ac Sinceritate judicare sit difficile & cordium perscrutatio soli Divino Numini sit reservata, ac præterea humana natura qua talis ad divina cognoscenda sit inepta, quidquid verus Christianus innumeris quoque mendis est subjectus, ut itaque facile fieri possit, quod per has mendas alter gravem patiatur injuriam. Et si jure divino atque humano juris sui persecutio sit præcepta, ac hæc quandoque non aliter quam mediante juramenti delatione (quæ in sacra scriptura omnis controversiæ finis appellatur) fieri queat, cur Christiani ab illa debeant esse exclusi, non inveni-

veniendum, cum illa species juramenti de qua supra dictum non tam vetita, quam potius approbata sit. Jura verò nostra varias introduxere species, uti ex multis textibus tam juris civilis quam canonici præfertim vero ex *L. 31. ff. de jurejur.* apparet, cujus dictæ legis Auctor fuit Cajus ex filia Tuberonis & servitii sulphitii nepte natus, qui in conspectu populi tantæ fuit Authoritatis, ut Tyberio Cæsari venerit in suspicionem, & ob id in Sardiniam sit relegatus *L. 2. ff. de orig. jur.* ista lex in prima parte tractat de juramento necessario, in secunda verò de voluntario & judiciali, quare ad evidentiam sciendum est, quod juramentum necessarium illud dicatur, quod à giudice vel in supplementum vel defectum probationis defertur. Primo casu defertur ei qui semiplene probavit, secundo autem casu defertur illi qui nihil probavit, ad excludendam præsumptionem ex alterius probatione imperfecta subortam; dicitur autem necessarium vel respectu causæ, quia in defectum vel subsidium probationis necessario defertur, vel respectu partis, quia is cui defertur non potest illud recusare, nisi ex justissima causa *L. fin. X. de jurejur.* Quod sane intelligendum si deferatur à giudice, etenim si pars parti deferat hoc necessarium juramentum licite recusari potest, quia ab eo non fuit delatum, a quo debuit, & non dicitur recusatum, quod non fuit rite delatum *L. jurisjurandum §. prætor ait ff. de jurej.* Voluntarium autem jus jurandum dicitur, quod a parte parti extrajudicium libere defertur ac libere suscipitur, judiciale verò, quod a parte parti in judicio giudice approbante præstatur; Sententia ob juramentum necessarium lata per instrumenta de novo reperta retractatur, non etiam lata prætextu juramenti voluntarii &

judicialis falso præstiti rescindi potest, quia in juramento voluntario aut judiciali continetur species transactionis, quæ vim rei judicatæ habet, quod secus in juramento necessario, etenim sententia super hoc lata non transit in rem judicatam per *C. tua nos X. de cobab. cleric. & c. fraternitatis X. de frig. & mal. an autem, cum in textu L. 31. ff. de jurejur. habeatur: causam ex integro agere læsus ipso jure ad priorem actionem reverti queat, an mediante restitutione in integrum fieri necesse sit, disputatur, & qui primum tuentur excipientem de sententia pro se lata exceptione doli repelli posse statuunt, illi verò, qui restitutione opus esse asserunt, hoc ei specialitatis tribuunt, quod ad simplicem assertionem allegantis se nova invenisse instrumenta, sit concedenda, cum in aliis sententiis adversus quas ex clausula generali prætorica, si qua justa causa mihi videbitur, aliquis restitui vult, requiratur probatio, *L. 2. C. si ex fals. instrum.* atque etiam hic sufficere errorem, in prætoriciis verò restitutionibus requiri, ut instrumenta noviter reperta dolo fuerint occultata, quodque restitutio ex dicta *L. 31. ad triginta Annos* extendatur, cum prætoricæ tantummodo per quadriennium vivant, deinde etiam hic non requiri novam instantiam, cum juxta expressa textus verba causam ex integro agere liceat. Sufficiunt hæc in præsentiarum pluribus hanc *L. 31. ff. de jurejur.* in Lectione sua cursoria prosequetur*

NOBILIS AC CLARISSIMVS JVRIVM
CANDIDATVS

DN. FRIDER. GODEFRIDVS GERHARDI,

Natus Oberfeldæ in Eichsfeldia parentibus honestis,
Patre in teneritudine ætatis præmatura morte crepto

pto cura patruī nunc quoque pie defuncti humanioribus literis imbutus Moguntiam Missus ibidem imprimis sub RR. P. P. Soc. Jes. philosophiam cum Magisterio reportato absolvit, Theologiamque eorum Moralem adiit, postea Studii Juridici prosecutionem elegit, atque ex hac intentione prima principia ad Institutiones juris explanantem Prænobilem ac Consultissimum D. Professorem DAHM per annum frequentavit, deinde Universitatem nostram accessit, atque prænobilis ac Consultissimi Domini JOANNIS GEORGII BRÜCKMANNI *J. U. D. Archi-Episcop. Eccles. & Elect. prov. Judicior. Assess. ac Professoris publici extraord.* prælectiones privatas ac privatissimas ad Institutiones juris, digesta ac jus feudale felici progressu audit; ad reliquas vero jurisprudentiæ partes Antecessores habuit, & quidem ad Jus Can. Prænobilissimum ac Consultissimum Dn. JOANNEM MICHAELEM ROTERMUND. *J. U. D. Celsissimi Principis Electoris Moguntini Consiliarium Regiminis atque Civitatis nostræ Prætorum ac professorem decret. publ. ord. nec non plurimum Reverendum Dn. JO. JOACHIMVM HVNOLD. J. U. D. sacr. Can. Prof. publ. ord. & Insignis Ecclesiæ collegiæ ad S. Severum Can. Capitul. ad Jus publicum autem virum Generosum ac Consultissimum Dn. JOANNEM ARNOLDVM DE BELLMONT J. U. D. Regim. Elect. Consil. Jur. publ. Profess. publ. ord. Civitatis Erford. Consil. Sen. & Bibliothecæ Boineburgicæ Directorem.* Post quod Matrem denuo adire e re sua esse existimavit, atque ibidem Prænobilem ac Consultissimum Dn. HAHN J. U. D. ac Professorem publicum tam Theoretica quam practica tradentem percepit, atque tam solida ubique posuit fundamenta, ut ante duos & quod superat

superat Annos gratiosissime ad praxin fuerit receptus. Tandem ad castra nostra revertens, Ordini nostro, quod ad supremos in jure honores acquirendos aspires, aperuit, & ad rigorosum Candidatorum juris Examen admitti decenter petiit, cui honesto petito ordo noster deesse noluit, sed diem examini constituit, in quo textus ex utroque jure assignatos juri congruenter declaravit, atque ad quaestiones propositas solidissime respondit, adeo ut unanimi consensu ad ulteriora specimina edenda admissus supremis jurium honoribus omnino dignus judicatus sit. Quare proxima die veneris, quae erit XIX. Febr. in Collegio Juratorum majori horis consuetis ad di. L. Admonendi sumus 31. ff. de jurejur. Lectionem cursoriam, eaque finita Disputationem inauguralem

DE EO QVOD JUSTVM EST

CIRCA

VASALLVM PRAEDIVM FEVDALE
ALIENANTEM,

habebit. Ad quos actus Solennes Magnificus ac Consultissimus Universitatis Rector, Coeterique Domini Proceres & cives Academici, praëprimis Legum cultores, ut frequenter interesse velint, ea, qua par est, observantia invitantur. Publicatum sub Sigillo Facult. Juridicæ die 14. Febr. MDCCLI.



Erfurt, Diss., 1748-51

X 238 7035

ULB Halle

3


006 771 165



VD 78







32
47

1757, 5

COLLEGII IURIDICI
AC PERANTIQUÆ VNIVERSITATIS
ERFORDIENSIS

DECANVS
CHRISTOPHORVS
SPITZ, ICTVS

COLLEGII IURIDICI NEC NON IVDICII ELECTORALIS PROVIN-
CIÆ ERFOR-
DIENSIS CONSVL,

AD
LECTIONEM CURSORIAM

IN
Admonendi sumus 31. ff. de iurejurand.

ET
DISSERTATIONEM INAUGVRALEM
DE EO QVOD IYSTVM EST

CIRCA
VIVVM PRÆDIVM FEVDALE
ALIENANTEM

A
OBILI AC CLARISSIMO IVRIVM CANDIDATO
ICO GODEFRIDO GERHARDI

D. XIX. FEBR. A. MDCCLL.
I AVDITORIO ICTORVM MAIORI
HABENDAS
DECENTER INVITAT.

ERFORDIAE,
CHRISTOPH. HERINGII, ACAD. TYPOGR.

ad on de iuramentis.

